E contrario devitanda eſculenta durioris concoctionis & pravi ſucci, ac facilis corruptionis. Prout eſt caro bovina, vaccina, ſale nimio condita, aut fumo indurata, ſuilla, anates, anſeres & aliæ aves aquaticæ. Rejiciendæ nuces avellanæ & abſtinendum ab omnis generis pomis crudis. Intermittenda etiam ea, quæ acria & maſſam ſanguineam inflammant, ut raphanus, cæpa, allium, ſinapi, nimia aromatum conditura. Qui iſtum præſervandi modum obſervaverit, indubium, quin ad calendas Græcas usque à bellua illa dyſenterica immunis relinquendus.

De affectibus Renum.

OBSERVAT. I.

De nephritide.

CUm Uxor Dn. D. Moſis Heldii, Medici Ulm. *nephriticis doloribus ingentibus* diſcruciata vomitu in copiâ rejecti humores bilioſi & pituitoſi. Primò clyſma apl.

℞. R. alth. ʒß. herb. malv. alth. pariet. a. m. j. pedis columb. m. ß. chamo. melil. a. m. ß. ſem. aniſ. fænic. carvi. a. ʒij. lini. ʒiij. dec. ad med. In col. ℥x. diſ. El. diacath. ℥j. Hier. 5. Gal. bened. lax. a. ʒij. tereb. vino lotæ & diſſ. in vit. ov:. ʒß. mell. anthoſ. ℥j. ol. amyg. d. ℥2. chamo. ℥j. ſal. parum. f. cl.

Uſa etiam inſeſſu ex dec. chamo, melil. pariet. malv. Ol. amyg. d. cum juſc. exh.

Sed hoc plurimum contulit.

℞. Tart. vitr. ℈ij. ſac. candi al. ʒj. f. p. cum juſc. macro Gall.

Intra 2. horas calculus diſſolutus proceſſit & dolor conquievit.

OBSERVAT. II.

EAdem illa Fæmina alio tempore itidem doloribus nephriticis exagitata, & præmiſſo clyſtere & inſeſſu, nihil profectum.

℞. Oc. cancr. præp. ſuc. al. præp. a. ʒß. tart. vitr. ℈ß. f. p. exh. cum aq. raph. & fab. a. ℥iß. M.

Sed ſine levamine.

Tandem cæteris in caſſum adhibitis.

℞. Spir. Juniperi. ℥j. aq. contra calc. Fuchſ. ʒß. ſac. cand. al. ʒij. M.

Intra horam, tres lapilli majuſculi, magno cum impetu rejecti, procedente urinâ ruffâ inſtar lixivii.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134749-p0187-1

OBSERVAT. III.

CUm Nob. Matrona Patricia Ulm. Vidua nephritica, dextro Rene affecto, prius alterius Medici opera adhibita, & cura non procederet ex voto, urgentibus doloribus & ego accerſitus.

Primò clyſma injectum:

℞. Herb. malv. alth. mer. a. m. j. fl. chamo. melil. aneth. a. m. ß. ſem. lini. fænumgr. aniſ. a. ʒij. dec. ad med. In col. diſ. El. diacath. ʒvi. caſſ. pro clyſ. ℥ß. ol. chamo. aneth. amyd. d. a. ℥j. vit. i. o. ſal. parum. f. cl.

Manè: ℞. Mann. El. ℥j. diſ. in juſc. Gall. macro col. ad ol. amyg. d. rec. ℥iiß. M.

Poſt evomere cæpit copioſam materiam bilioſam cum phlegmate mixtam, & dolor ſtomachi remiſit. Hoc clyſma etiam bis apl.

℞. Ol. chamo. aneth. amyg. d. an. ℥ij. ſac. rub. ℥j. tereb. cypr. ʒiij. vit. 2. ovor. diſſ. cum juſc. Gall. ℔. ß.

Pro inunctione Renis affecti.

℞. Ping. cunic. ℥ß. ol. Scorp. ʒiij. chamo. aneth. a. ʒj. M.

OBSERVAT. IV.

UXor Dn. Georgii Eberzii, Viri primarii Reip. Ulm. Senatoris, ventris & lumborum dolore *cum δυσουρίᾳ* detenta, *quaſi pro mortuâ* habita, conjectura à calculosâ diſpoſitione provenire. Cum clyſteres non admitteret, externa experiri placuit.

℞. Herb. malv. alth. pariet. ſaxifr. fl. chamo. melil. aneth. a. m. 4. R. alth. ℥4. herb. artemiſ. m. iß. chæref. *m. 2. ſem. lini, fænugr.* a. ℥j. aniſ. ʒij. f. 2. ſac. dec. in aq. & alternatim cal. ſumini apl. expreſſi.

Manè: ℞. Mann. El. ℥iß. diſſ. cum aq. malv. & col. ad. El. Bened. laxat. ʒiß. ſyr. roſ. ſol. ℥j. M.

Larga operatio ſecuta & reſtituta.

OBSERVAT. V.

VIdua Dn. Tobiæ Neubrunneri, mercatoris Ulm. opulentiſs. dolore nephritico dextri Renis graviſſimo infeſtata.

℞. Caſſ. rec. Extr. ʒj. diſ. cum dec. prunor.

℞. Sem. viol. ʒj. aq. petroſ. raph. a. ℥j. f. Emulſ. cui ad. aq. contra calc. Fuchſ. ℥ß. oc. cancr. præp. ℈iß. ſac. cand. al. ʒj. M.

Id exhib. antè inſeſſum.

℞. R. alth. ʒiij. herb. alth. malv. pariet. a. m. 2. fl. cham. melil. aneth. a. m. ß. ſem. lini. fænugr. a. ℥ß. M.

Pro Baln. Lapis nephriticus apl. carpo manûs dextræ. Exin lapillus proceſſit nuclei pini formâ, & dolor receſſit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134749-p0188-7